



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*Dif: 2. Sic etiam quando Clericus accusa-  
retur de furto apud suum Judicem, licet  
sit judicium criminale, sed non capitale,  
quia pro furto à jure civili non imponitur  
supplicium capitale, quamvis particularia  
locorum statuta sint severiora, in furto  
puniendo. Demùm judicium in quo agi-  
tur de ferenda excommunicatione juxta  
Barth: capitale non est, quia excommuni-  
catio non est pœna capitalis, sed medici-  
nalis, ut ait Pontif: in cap: 1. de sent: Excom-  
mu: in 6. Mixtum verò judicium est in quo  
& civiliter, & criminaliter agitur: ut dum  
de crimine aliquo v. g. furto agitur ad in-  
teresse partis, & simul ad vindictam publi-  
cam cap: tuæ de Proc.*

6. Civile judicium vel in personam est,  
vel in rem, vel de possessione rei. In perso-  
nam est, quādo personæ intenditur actio,  
ut si queraris apud Judicem Petrum de-  
bere tibi 100. ex mutuo, & petas ut con-  
demnetur ad illos statim solvendos, ibi  
contra personam directè agis, oriturque  
actio huiusmodi regulariter ex omnibus  
contractibus, vel quasi contractibus. In  
rem est quando actio tendit immediate in

A 4 rem,

rem, ut cum magis rei vendicatione, v.g  
petis à Judice, ut curet tibi restitui tuum  
equum, qui dicitur esse apud Caium, ib  
non immediatè contra Caium agis, qui  
hic non est tibi obligatus, quia fortè si  
culpa sua rem tuam habet, sed contra de  
tentorem equi quicunque ille sit: unde  
Caius neget se habere equum, tibi no  
obest, quia non perdis per hoc actionem  
tuam; nam apud quemcunque repertu  
fuerit equus tuus, sive cum culpa, sive si  
culpa, tu eum vendicas.

7. Ex quo colligitur, judicium quoq;  
hypotheca esse actionem realem quam  
vis enim in prima sui creatione penderet  
ab obligatione personali, quia personae  
mens aut mutuo accipiens est, q; se ipsam  
aut bona sua obligavit, tamen sublata  
actione personali, sive quia vendita est re  
hypothecę subjecta, sive quia mortuus est  
debitor, creditori tamen manet integrum  
realis actio contra ista bona apud quem  
cunq; existant, ut communiter DD. Se  
num rectè judicium possessorum sequngitur  
personalis? Bz. rectè si missionem in posse  
sionem respicias: quod si de possessione  
inter